



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 188. Turonense Concilium Provinciale Andegavi celebratum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

& pugnandi formam Janissaris, ut vocant, Sæcul. XV.  
usitatam reformasse, pluribusque auxisse A.C. 1448.  
prærogativis, ea tamen lege, ut cælibes  
permanerent; timebat enim, ne uxorum  
ac filiorum sollicitudo eorum animos a  
generosi militis officiis averteret, ac igna-  
vos redderet.

### §. CLXXXVIII.

#### *Turonense Concilium Provinciale An- degavi celebratum.*

Hoc anno Turonensis Synodus Provin- Conc. gener.  
cialis mense Julio Andegavi celebra- Lahbe to. 13.  
ta est, Joanne Archiepiscopo Turonensi p. 1350.

Præside. Adfuere ejusdem Suffraganei,  
Petrus Macloviensis, Joannes Cenoma-  
nensis, Guilielmus Nannetensis, Robertus  
Redonensis, Joannes de Bellavalle, cete-  
rique tam Episcopi, quam Abbates vel  
eorum Procuratores. Ad tollendos non-  
nullos abusus decem & septem condita  
fuere statuta seu decreta. I. Cuilibet  
Sacerdoti injungitur, ut singulis diebus non  
solemnibus dicat officium mortuorum ad  
minus cum tribus lectionibus. II. Distribu-  
tiones quotidiane non dentur absentibus ab  
horis & anniversariis. III. Nullus Cano-  
nicus in diversis Ecclesiis pro eadem hora di-  
stributiones recipiat. IV. Præsentes horis  
Canonicis silentium teneant, orationes de-  
vote audiant, nec bini in Choro horas ipsas  
dicere

Sæcul. XV. dicere præsumant. V. Ludos noxios &  
A.C. 1448. scandalosos omnibus quidem, sed Clericis præ-  
cipue prohibet Synodus. VI. Prædicato-  
res cum omni reverentia & humilitate ver-  
bum divinum annuntient. Nec Sacerdotu-  
niſi in locis consecratis Missam celebrent. (\*)  
VIII. Monasteria bonis suis non spolientur.  
IX. Archidiaconi Ecclesias visitantes, si non  
debite visitaverint, nihil percipiant. X. Pro-  
hibetur, ne aliquis teneat concubinam. XI.  
Ne quis sententiam excommunicationis latam  
occultam teneat, sed faciat eam publicari.  
XII. Interdicuntur Matrimonia clandestina.  
XIII. Item clamores, aliisque tumultus fieri  
soliti in secundis, vel tertius quorundam  
nuptiis. XIV. Excommunicantur raptoreſ  
personarum Ecclesiasticarum, rerum suarum,  
ſeu locorum Religioſorum. XV. Compro-  
batur ſententia excommunicationis lata in eos,  
qui bajulos ſententiarum, aut executorum  
Ecclesiasticorum judicum capere, aut quod  
gravius eſt, interficere attentaverint. XVI.  
Prohibetur, ne ignotæ Sandorum Reliquiæ  
quæſtus gratia per Provinciam deferantur.  
XVII. Statuitur, ut indulgentiæ per Sedem  
Apostolicam concesſæ legitime publicentur, &  
populo exponantur.

## §. CLXXXIX.

(\*) Canon VII. deest.